



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX: || DE
CANONICA ET MO- || nastica Disciplina collapsa
restau- || randa, pristinoque nitori || restituenda. ||**

Schulting, Cornelius

Coloniae Agrippinae, 1599

VD16 ZV 14233

24. De disciplina ex epistolis Paulinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63372)

Lucæ 1. cap. in cantico Zachariæ. quia visitauit nos oriens ex alto. Visitare in malam & bonam partem capitur. In malam pro punire, castigare, vindicare, vt Psalm. 88. Visitabo in virga iniquitates eorum. In bonam partem est se memorem declarare eosque beneficijs afficere, qui prius ab eo neglecti visi sūt habiti. Exod. 3. c. Visitas visitaui vos.

CAPVT XXIV.

De Disciplina noui testamenti ex epistolis Paulinis.

B Hieronymus in Procemio in epistolam ad Ephesios. Paulus per singulas epistolas medetur vulneribus Ecclesiarum illatis, nec imperiti medici more vno collyrio omnium oculos vult curare. Iuxta hanc igitur sententiam B. Hieron. epistolæ Paulinæ maiori ex parte sunt morales & disciplinales. Apostolica Disciplina fuit peccata redarguere. Act. 2. 3. 4. 7. 8. 13. 2. Timoth. 4. Increpa oportunè & importunè argue tempestiuè ad Tit. 2. Argue cum omni studio præcipiendi. 1. Cor. 4. Quid vultis cum virga ad vos veniam? an cum charitate & spiritu lenitatis. In taxandis peccatis ad vitia communia respexerunt Apostoli. Paulus Galatas vocat stultos, quia fuit commune gentis vitium teste B. Hieronymo. Cretenses mendaces & pigros ventres ad Titum 1. c. Romanos ab arrogantia dehortatur, ne supra de se sentiant quam oportet Romanorum ca. 12. De disciplina suscipienda. ca. 12. ad Hebræos totum agit. Quis est filius quem non castigat pater &c. Rom. 13. Prælati non sunt

sunt terrori bene agentibus sed male. quod si feceris id quod malum est, time; non enim frustra gladium & clauem correctionis siue disciplinæ portat. nam Dei minister est, vltor ad iram ei, qui, quod malum est, fecerit: sic accommodo quia Chryostomus non tantum refert ad magistratum ciuilem, sed & ad Ecclesiastic. 1. Pet. 2. siue regi tanquam præcellenti, siue præsidibus, vt qui per eum mittantur in vindictam nocentium. De disciplina excommunicationis. 2. Ioannis 2. 2. Corinth. 5. 2. Thessalonen. 3. ad Titum 3. Publicos & graucs peccatores esse excommunicandos, idololatrias 2. Timoth. 4. cap. conuiciatores. 1. Corinth. 5. cap. Maledicos. 1. Corinth. 6. cap. Iniustos. 1. Corinth. 6. Parricidas, homicidas, matricidas. 2. Timoth. 1. Scortatores. 1. Corinth. 5. & 6. ad Galat. 5. Adulteros. 1. Cor. 6. ad Galat. 6. 1. Timoth. 1. Molles, immundos. 1. Cor. 6. Galat. 5. Ephes. 5. Arsenocartas 1. Cor. 6. 1. Timoth. 1. Incestuosos. 1. Corin. 5. Ebriosos. 1. Cor. 5. & 6. Fures. 1. Corin. 6. Rapaces. 1. Corinth. 5. 6. Auaros. 1. Cor. 5. 6. Ephes. 5. Plagiarios. 1. Timoth. 1. cap. Versantes inordinate, nihil operis facientes, sed curiosè agentes. 2. Thessal. 3. periuros. 1. Timoth. 1. & mendaces. 1. Timoth. 1. Ordo, modus & forma Disciplinæ excommunicationis præscribitur talis, vt in peccatis nondum publicè notis & manifestis semel atque iterum admoneantur, ad Titum 3. & instaurandi spiritu lenitatis. Galat. 6. & monendi vt fratres. 2. Thess. 3. cap. quod si priuatim moniti, nolint agere penitentiam, aut si manifesta sint peccata, mandat Paulus tales peccatores argui coram omnibus. 1. Timoth.

Timoth. 5. cap. & in coetu Ecclesiæ. 1. Corinth. 5. & tandem à Sacramentis excludi & ab omni commercio. 2. Ioannis 1. 1. Corinth. 5. 2. Theſſalon. 3. Ordinem verò & processum eundem Christus Matthæi 18. cap. tradidit. Finis primus huius disciplinæ est, vt serio de peccatis moniti resipiscant. 1. Timot. 2. cap. 1. Corinth. 5. Paulus dicit hanc potestatem sibi concessam ad ædificationem non ad destructionem. 2. Cor. 10. & 13. vt pudore suffundantur. 2. Theſſ. 3. ad exemplum etiam aliorum & tollendum scandalum. 1. Cor. 5. 3. Tim. 5. ca. ne alij fiant earundem poenarum participes. 2. Ioan. 1. Apoc. 18. c. exempla excommunicationis occurrunt. Actor. 5. de Anania & Sapphira. & 1. Cor. 5. 1. Tim. 5. 2. Tim. 1. & 2. Apoc. 2. & 3.

Hanc disciplinam conseruant præſides Ecclesiæ & magistratus, Petrus 1. epist. cap. 2. vt qui per Deum ordinantur ad vindictam nocentium, laudem verò rectè agentium, & Paulus 1. Tim. 2. cap. vt tranquillam & quietam vitam agamus cum omni pietate & honestate, & Roman. 13. cap. est minister Dei ad bonum. Disciplinæ excommunicationis vsu habemus in testamento vereri, Num. 12. c. Maria cum murmurasset contra Moyſen ad 7. dies ex castris relegatur, & Num. 4. c. omnis leprosus, semine fluens, & pollutus super mortuo ei iubetur ex populi communione, Anathematizationis exemplum est. Num. 16. cap. in Chore, Dathan & Abyron, & in Achan Iosux 7. c. Modus & processus Disciplinæ excommunicationis, peccato commisso post diligentem inquisitionem seniorum, qui in synhedrio erant, denunciabatur ira Dei

Dei

Dei peccatori & sequebatur poena politica in lege constituta. Deuteron. 13. 16. 19. 21. 23. & Iudic. cap. 20. populus Israel à Beniamitis postulat vt tradant filios, qui Leuitæ vxorem in Gabaa stuprassent, vt moriantur & auferatur malum de Israel, verùm cum illi id facere recusassent, vitotam urbem adoriuntur, & multa millia de illis cedunt: aliquando etiam signa reatus imponebantur & in exilium admittebantur. Geneseos 4. cap. de Caino. fines huius disciplinæ ijdem notantur in testamento veteri, qui obseruati fuere supra in testamento nouo.

De Visitatione Ecclesiarum. locus insignis. 1. Corinth. 16. vers. 5. Beaupamis tomo 1. folio 151. b. Commentariorum in Euangelistas Gellius lib. 7. Noctium Atticarum capit. 22. Censores olim homini pinguiori & corpulentiori equum adimere solitos narrat, minus idoneum ratos, cum tanti ponderis onere ad faciendum equitis munus. hominem ergo requirit militia, laboris, inedia, frigoris, sitis, & vt scribit Tertullianus libro ad Martyres omnis inbonitatis patientem. ita enim habet. Nemo miles ad bellum cum delicijs venit, nec de cubiculo ad aciem procedit, sed de pappilionibus expeditis & substrictis vbi omnis duritia, inbonitas, & insuauitas constitit. Maximus Martyr Centuria 5. numero 96. Sententiarum suarum docet bene habente & lautè tractato corpore animam obscurari & contra. Idem Beaupamis folio ducentesimo vigesimo sexto in Commentarijs Harmoniæ Euangelicæ. Circuitus Chri-

Christi pro Euangelio prædicando non infirmat
residentiam Pastorum . Non negarim residen-
tiam pastorum vt & sacramenta vno in loco mi-
nistrent, sed verbum Dei non est alligatum, quod
latius protenditur, verbum loco non circumscri-
bitur, si modo, qui illius est minister; legitime
mittatur . Marci primo capite: eamus & in
proximas ciuitates. & Psalmo 102. In

omni loco dominationis eius

benedic anima mea

Domino.

REVE-

